Tertio dico, quod (b) non cognoscitur Deus, naturaliter a viatore in particulari, & proprie, hoc est, sub ratione hujus essentie ut bac & in se, sed ratio illius posita ad hoc in praecedenti opinione non concludit. Cum enim arguitur, quod non cognoscitur aliquid, nisi per simile, aut intelligitur de similitudine univocationis, aut imitationis: si primo modo, igitur nihil cognoscitur de Deo, quia secundum opinionem illam, in nulla habet Deus similitudinem univocationis cum creatura, per quam deberet a nobis cognosci. Si secundo modo, etiam creatura non tantum immitat illam essentiam sub ratione generalis attributi, sed etiam, hanc essentiam, ut est hæc essentia, sive ut nuda, & ut in se est existens: ergo secundum eum, proper taliter similitudinem possit creatura esse principium cognoscendi essentiam Divinam in se, & in particulari. (c) Est igitur alia ratio hujus conclusionis: quod Deus (ut hæc essentia in se) non cognoscetur naturaliter a nobis, quia sub ratione talis cognoscibilis est obiectum voluntarium, & non naturale, nisi respectu sui intellectus tantum; & ideo a nullo intellectu creato potest, sub ratione hujus essentiae (ut hæc) naturaliter cognosci, ne aliqua essentia naturaliter cognoscibilis a nobis ostendit sufficienter hanc essentiam, ut hac, nec per similitudinem univocationis, nec imitationis, univocatio enim non est nisi in generalibus rationibus: imitatione etiam deficit, quia imperfecta est, quia creatura in imperfecte eum imitantur. Utrum autem sit alia ratio hujus impossibilitatis, scilicet propter rationem primi objecti, ut alii ponunt illud esse quidditatem rei materialis. De hoc in q. de primo objecto intellectus.

Quarto dico, quod ad multos conceptus proprios de Deo possimus per-

Notandum est hic, (a) quod quicquid dicitur, per nomen est quid rei, & est includens sibi quia 4. vñc. (b) Ratio, cuius nomen est signum, est divisionis: tamen est quid nominis, est communis quae est quid rei, quia pluribus convenit, hoc ratio significari nomine quam esse, ubi tamen coniunguntur, idem sunt: sicut non omnis color est albedo, tamen illi color, qui est albedo est idem albedini. Exemplum tamen non est omnino simile: quia color sumitur ab aliquo partiali perfectione, non sic hic: sed tamen quia habet relationem ad nomen, ut ad signum. Quod tamen habet relationem ad rem, ut qualitas ad suppositum. Sed prior cognitio de eodem quia, relationem primam, quam secundam. Nec est in hoc solus ordo cognitionum illarum de eadem conceptu simplici: concepimus prius rationem unumquam alias: sed in hoc, quod conceptus unus simplex est quod amodo aliis, prius in multis difficultibus: quia primus est confusus: Secundus difinitus: nam primus vel non exprimit partes conceptus: vel si explicatus, non tamra distinet, sed sine compotibilitate, vel incompotibilitate. Secundus exp̄cas: T cognoscit compotibilitatem, & in hoc rationem in se esse veram: T hoc, quod exprimit est quid rei possibilis. (c) Nota secunda, quid de subiecto prima scientia simul praecognoscitur quid dicitur per nomen, T scilicet, T quid est, quia nulla scientia de suo subiecto queritur, si est, vel quid est, ergo si loquimur non est queribile, vel tantum in scientia priori. Prima, nulla est prior: igitur de ejus subiecto primo nulla modo est querare si est, vel quid est, igitur est conceptus simpliciter simplex, ergo ens quia ens, per se est potest dubitari de compotibilitate partium conceptus: probatur etiam, quod non Deo: quia nulla ratio simpliciter simplex habetur de Deo, que distinguat ipsum ab aliis entibus. Igitur de quecumque cali est quid si est, T denus, quod ratio in se non est falsa, ergo Deus secundum naturam conceptus viatoris possibilis est prius subiectum Metaph. Item, quid probatur de ipso coniuncte virtualiter primo in ratione entis, quia secundum passo simpliciter convertitur includatur primo in subiecto, sic etiam T disjuncta: igitur in subiecto primo, includatur primo, quia aliqua pars diuincte alicui ente convenient, igitur ens primo virtus licet in subiecto hanc, (d) aliquod ens est prius, igitur si est, T quid est de ista ratione, ens, prius includatur primo in ente, ergo T quicquid concludatur primo in ente per rationem huiusmodi, vel per rationem ensis: igitur Metaph. est Theologia finaliter, & principaliiter, quia scimus est principalius de substantia, quam de accidente, & Metaph. Ita ulterius analogia principalius est de Deo, quia semper prius ordine perfectionis includatur in ratione primi subiecti, particulariter pars passionis distincta, quia est perfectio simpliciter. Contra nullus cognitionis simpliciter perfectior includatur virtualiter in minus perfecta, sed & converso, ergo nulla cognitionis possibilis viatoris deo naturaliter est perfectior conceptus ensis, igitur in ista speculazione erit

a Addit.

b Sic in orig. doc. Tb. c. 28.

c Hoc diligenter considera ali, queribile,

d Ali distingue,

Quæstio Secunda.

199

felicitas. Si hec ratio concludatur, ergo illud quod rationes ad primas partem, supponunt, de conceptis non simplici negatur sed Henri. (a) In uno propriis conceptus de Deo est simplex per motionem effectus; sed tunc enim non est communis, sed analogum. Et tunc prima facienda de ene erit de primo, ad quod omnia attribuuntur.

Nec oportet distinguere de si est, ut est quæstio de veritate propositionis, vel ut est quæstio de esse Dei, (b) quia si potest illa quæstio de veritate propositionis, in qua esse tanquam prædictatum queritur de subiecto, ad concependum veritatem illius quæstionis, oportet præconcipi terminos illius questionis, & de conceptu simplici illius subiecti, si est possibilis naturaliter, nunc est quæstio. Nec valeret distinguere de conceptu naturali, & supernaturali; quia queritur de naturali. Nec valeret distinguere de naturali, loquendo de natura absolute, vel d. natura pro statu isto, quia queritur precise de cognitione pro statu isto. Nec valeret distinguere de cognitione Dei in creatura, vel in se: quia si cognitus habeatur per creaturam, ita quod cognitio discursivea incipiat a creatura, quo in quo tenetum institutum situm cognitioni. Si in Deo in se, habeo propositum, quia illumi conceptum Dei in se, quo si. Si non institutum in Deo in se, sed in creatura, tuus idem est terminus, & principium discursus, & ita nulla notitia habebut de Deo. Est igitur mens quæstionis illa: Utrum aliquum conceptum simplicem posse intellectus viatoris naturaliter habere, in qua conceptu simplici concipiatur Deus.

Ad hoc dicit quidam Doctor sic, (c) quod loquendo de cognitione aliquius, distinguunt potest ex parte objecti, per se, vel per accidens, in particulatu, vel in universalis. Realiter per accidens, non cognoscitur in Deo, quia quidquid de ipso cognoscitur, est ipse Deus; tamen cognoscendo aliquod attributum eius, cognoscimus quasi per accidens quid est: unde de attributis dicit Damascenus lib. 1 cap. 4. quod non naturaliter dicunt Dei, sed que circa naturam. In universalitatem, puta in generali attributo, cognoscitur, non quidem in universalis secundum prædicacionem, quod dicatur de ipso, in quo nullum est universalis; quia quidquid illa est de singulari: sed in universalis, quod sibi analogice commune est, & creatura; tamen quasi unum a nobis concipiatur, propter proximitatem conceptuum, licet sint diversi conceptus. In particulari non cognoscitur ex creaturis, quia creatura est peregrinus similitudo ejus, quia tantum ei conformis est, quoad aliqua attributa, quae non sunt illa natura in particulari: igitur cum nihil ducat in cognitionem alterius, nisi sub ratione similitudinis, sequitur, quod Deus non cognoscitur in particulari ex creaturis. Item in universalis tripliciter cognoscitur, generaliter, generaliter. Generalissime, habet tres gradus: Cognoscendo enim quodcumque ens, ut hoc ens est, indistinctissime concipiatur Deus, quia concipiatur ens quasi pars conceptus, & est prius gradus. Amovendo hoc, & concipiendio ens, est secundus gradus: jam enim ens, ut conceptum, non ut pars conceptus, concipiatur communis analogum Deo, & creatura. Quod si distinguatur con-

N 4

a T. c. 6. T index. b Tb. I. p. q. 3. a. 4. c Henr. in sum. art. 22. 2. 1

nostro, & ideo si hoc non convenient eis, non praepter hoc esent frusta intelligibiles, cum quia non sequitur, non sunt intelligibiles ab intellectu nostro: ergo a nullo. Posse enim intelligi a seipso, & ideo est falsa consequtio. Unde licet multupliciter posset exponi auctoritas Philosophi, dico tamen, quod oculus nostra non habet cognitionem nisi intuitivam, & naturalem, & quantum ad illas duas conditiores potest exponi auctoritas Philosophi de impossibili: quia sicut impossibile est illi oculo naturaliter, & inservire confidere obiectum illud, sic intellectus nostro est impossibile naturaliter, & intuitivo cognoscere Deum. Ad tertium dico, quod inservit potentiale est ignoratio, & quia unumquodque est cognoscibile in quaestione est in actu: non tam ea est ignorantia, quod repugnat sibi intelligi ab intellectu infinito, sed non potest intuitum cogitabilis ab aliquo intellectu cognoscente ipsum secundum modum suorum infinitatis: modus enim situs infinitatis est accipiendum post alterum, & intellectus qui cognoscet hoc modo alterum post alterum cognoscet semper aliquid finitum, & nonquam infinitum. Intellectus tamen infinitus potest cognoscere totum illud finitum, non partem post partem. Et cum arguitur (a) secundo Metaph. de infinitis, & infinito: dico, quod non est simile, quia cognitione obiectorum infinitorum numerarient, concluderet infinitatem potentie cognoscitae, sicut paruit in quaest. 1. 2. 4. 5. 2. ad infinitum, videlicet, quia ibi pluralitas ex parte objecti concludit majoritatem virtutis in intellectu. Si in intellectu aliquis infiniti intuitus non concludit infinitatem actus, qui a non poterit actu habere, talem modum qualiter habet obiectum? quia actu sub ratione finiti potest esse ad obiectum sub ratione infiniti, nisi esset eius comprehensibilis. & concedo, quod talem actu citius obiectum infinitum non habemus, nec est possibile. Ad Greg. dico, quod non debet intelligi, quod contemplatio sit sub Deo in aliqua creatura, quia hoc effet sicut ne quis, quod effet summi perveratio secundum Aug. 82, quæf. 30, sed conceptus illius essentia, sub ratione entis, ut imperfectior conceptu illius essentia, ut hæc essentia est, & quia imperfectior est, ideo est inferior in intelligibiliitate, contemplatio autem de lege communis, stat in tali conceptu communis, & ideo stat in aliquo conceptu, qui est minor in intelligibiliitate, quam Deus in se, ut hæc essentia: & ideo debet intelligi ad aliud, quod est sub Deo hoc est ad aliud in ratione intelligibilis, cuius intelligibilitas est inferior intelligibiliate Dei in se, ut hæc essentia singularis.

Ad Argumenta pro prima opinione cum arguit, quod Deus non potest intelligi in aliquo conceptu universalis communis, univoco sibi, & creaturis, quia est singularitas quedam: Respondeo. Consequencia non valet. Sortes enim in quantum fortes est singularis, & tamen a Sorte plura possunt abstracta predicari: & ideo singularitas aliquis non impedit quia ab eo quod singularis est, possit abstracta aliquis conceptus communis, & ideo quidquid est ibi in re sit singulare ex se in existendo, ita quod nihil contrahat aliud ibi ad singularitatem: tamen illud idem potest concepi, ut hoc in re, vel quodammodo indistincte, & ita ut singulariter,

lare, vel ut commune. Quod dicit de cognitione per accidentem, non oportet improbare, quia quasi per accidentem cognoscitur in attributo, sed non praecise sic, sicut supra probatum est.

Ad secundam questionem dico, quod triplex est ordo intellegibilium in proprio. Unus est ordo originis, vel secundum generationem: alius est ordo pertensionis; tertius est ordo adequationis, vel causality praecise. De duabus primis primitibus habetur 9. Metaph. cap. 7. Quæ sunt (a) prior secundum generationem, sunt posteriores secundum substantiam, & tercia autem primitate habetur 1. Posterior, in distinctione universalis, quia primo dicit ibi præcisionem, & adæquationem.

Loquendo igitur de primò ordine, scilicet originis, videndum est primo de cognitione actuali: secundo de cognitione habituali: tertio de virtuali. Quantum ad primum præmitto duo: quorum primum est, quod aliud est conceptus simpliciter simplex, & aliud est conceptus complexus, qui non est simpliciter simplex. Conceptus simpliciter simplex voco, qui non est reciprocabilis in plures conceptus, ut conceptus entis, & ultime differentia. Conceptus simplex, non tanquam simpliciter simplex, est quicunque potest concepi ab intellectu atri simpliciter intelligi, licet possit recipi in plures conceptus scilicet concepibilis: sicut est conceptus distincti, vel speciei. Secundo præmitto, quod aliud est confusus intellectus & aliud confutum intelligere. Confutum enim idem est, quod indistinctum, sicut est duplex indistinctibilis ad proprium, scilicet totius essentialis in partes essentiales, & totius universalis in partes subjectivissimæ est duplex distincti o亦 duplicitis totius prædicti ad suas partes. Confutum igitur intelligitur, quando intelligitur aliquid indistinctum altero predicitione modorum. Sed coniuncte dicuntur aliquid concipi quando conceptus sicut exprimitur per nomen. Distinctus vero quando concepitur, sicut exprimitur per distinctionem. His prædictis primo pono ordinem originis in cognitione eorum actuali, quæ concipiuntur confusæ: & quo hoc dico, quod primum actualiter cognitum confusæ est species specialissima, cuius singularis efficacius, & fortius primo movere sensum, sive (b) audibile, sive visibile, sive tangibile: & hoc supposito quod singulariter non possit intelligi sub propria ratione, de quo alias. Loquens enim modo de illis, quæ certum est posse intelligi secundum omnem opinionem.

Quodcumque enim in distinctum fertur (c) movere sensum, ejus scientie primo cognita est cognitione confusa, & hoc supposito, quod singulariter sit in debita proportione præiens sensum. Vnde si ponas aliquem casum, in quo sensus non primo sentit naturam specificam, ibi non patet patet si est rubens, vel viridis color, & per consequentem intellectus per illam sensacionem non statim apprehendet naturam specificam propter indebitam proportionem singularis ad sensum, vel propter imperfectionem virtutis, quæ excedit bac vobis illatas naturas taliter, ut naturæ, vel propter defectum in medio luminis, & vel propter nimiam distantiam. Per hoc patet ad hanc instantiam, duo oculi in

caudem distantia ad ruborem, unus statim percipit ruborem, aliis confusa; & si in proportione debita non statim sensitur natura specificatio. Respondeo, debita unum est debita alteri propter improportionem in illo piso. Contra, si auge ad A. gignit specie ruboris, & alia A. speciem coloris, vel confusam representantem, sunt illi oculi ut res. A. neuer videbit ruborem distincte. Respondeo, quid quid sit de medio, sive ubique species propria, sive ultra aliquam distantiam species confusa; & si in oculo minus disposita, ceteri paribus, confusa, sicut in ea determinatam distantiam, non posse sub propria ratione intelligi, de quo alias: loquor enim modo de illis, que certum est possit intelligi secundum communem opinionem, & probo coniunctionem propriae sit. Causa (a) naturalis agit ad effectum suum secundum ultimum potentiam sua quando non est impedita; & igitur ad effectum perfectissimum, quem primo potest producere primo agit. Omnia autem concurvant ad ultimum prius in intellectu, sunt causa mere naturalis quae procedunt omnes a tum voluntatis & non sunt impedita, ut patet: ergo prius producere perfectissimum conceperit, in quem possunt illi auctem non est nisi conceperit species specialissime. Si enim aliquis alias esset, puta conceptus aliquius communitioris, illa efficietur perfectissimum, in quem illa posset: Tunc cum conceptus illius omnis auctior sit imperfectior conceptus species specialissima, sicut pars est imperfectior tota, sequeretur, quod illa non posset in conceptum illius species; & illa namquam causantem conceptum illum.

Secundo sic, quia secundum Avicen. 1. Metaphysicorum cap. 2. Metaphysica est ultima in ordine doctrinae: ergo principia omnium aliarum scientiarum possunt concepi, & termini illarum ante principia Metaphysicae: sed hoc non est si oportet, primo concepti actualiter conceptus communioris, quam conceptus species etiam specialissimum, tunc enim oportet etens, & hismodi primo concipi, ita magis sequitur Metaphysicam est: primam in ordine doctrinae: ergo, &c. Tertio, quia si oportet praeconcepere conceptus universaliores ante conceptum talis species, tunc supposito eculo de singulari actualiter movente sensum, & intellectu existente soluto, oportet ponere magnum tempus antequam conceperit species illius singularis prima sensum, quia prius oportet intelligere omnia praedicta communia dicta in quid de illa species secundum ordinem. Ex hoc apparet causa, quare intellectus intelligit prius unum intelligibile, quam aliud, licet species plurim sint ibi presentes, hoc enim non est a voluntate, cum tunc non habeat intellectus actualis intelligenti, (b) sed huius causa est, quia singularis unius fortius movere, quam singularis alterius. Hoc dictum est de cognitione confusa. Secundo dico de cognitione actuali distincte conceptorum, & dico, quod est et converso, quia prius sic conceptum est communissimum, & quae sunt propinquiora sibi, sunt priora; & quae sunt remotiora, posteriora sunt.

a. Loquitur de causa dispositiva impedita, alias generatio incipit ab imperfectio. b. Quare intellectus prius unum intelligit quam aliud. sc. 2. d. 42.

Questio Secunda.

213

sunt. Hoc sic probo, quia ex secundo praemissio, nihil concipitur distincte, nisi quando concipiuntur omnia, que includuntur in ratione eiusdem, ens, includere quidditative in omnibus conceptibus quidditatis interioribus: ergo nullus conceptus inferior, distincte concipitur nisi concepto ente. Ens autem non potest concipi nisi distincte, sicut habet conceptum simpliciter simpliciter: ergo potest concipi distincte sine aliis, & alii non (a) sine eo distincte concepero: ergo ens est primus conceptus distincte conceperit: Ex hoc sequitur, quod ea quae sunt sibi propinquiora, sunt priora, qui coguntur distincte habent per distinctionem, quae inquiritur (b) per viam divisionis, incipiunt ab ente usque ad conceptum distinctum. In divisione autem prius occurruunt conceptus communiores, deinde genera, & differentias, in quibus concipi distincte conceptus inferior.

Secundo propositum idem, quia Metab. secundum Avic. ubi prius, est prima secundum ordinem sciendi distinzione, quia ipsa habet certificare principia a aliis scientiarum: ergo et ali cognoscitilia sunt prima distinzione cognoscibilis. Nec in hoc contradicit sui doc. qui ponit tam in ordine doctrinae ultimum, & primam in sciendi distinzione, quia scimus prius ex questione illa de propositione per se nota, principia aliarum scientiarum: tunc per se nota ex concepitu c) confuso terminorum sed ex Metaphysica scita, postea est possibiliter inquirendum quid distinet terminorum distinzione. Et hoc modo termini scientiarum specialium non concipiuntur, nec principia eorum in eiusdem scientia ante Metaphysicam: scientia multa possunt patere Metaphysico Geometra, que non erant nota prius Geometri ex concepitu confuso. Exemplum: Geometer in qua si sit, non uult per principia perf. notis, nesciillis, quae si sit, sunt evidentes ex confuso con epo terminorum, qualis occurrit primo ex sensibilibus; puta linea est longitudo eius, non curans ad quod genit per se lineas, puta uirtus sit substantia, vel quantitas. Sed modo cognoscitilia, & ali scientiarum specialium, sequitur ex Metaphysica de conceptibus communibus, ex quibus post fieri reddit per viam divisionis, ad inquirendum quid distinet terminorum in scientia specialium. Tunc ex illis quid est aliis sic cognoscit distinzione cognoscantur principia, sive iudicium scientiarum, quae non erant cognoscendis. Cognoscit uero etiam multis principiis, que non erant prius nota ex terminis confusis regimis, & hoc est modo patet quomodo Metaphysica est prima, & quoniam non prima. Sed comparando totum ordinem non confuse concipiendi, ad totum ordinem distincte concipiendi quis prior est? Dico, quod iustus ordo confuse concipiendi prior est, & ideo prius in illo ordine est simpliciter prius, & hoc probatur ex auctoritate predicta doc. ex linea Metaphysica ad alias scientias speciales.

Cogita istud obiectum, quia primo bysicorum dicitur, quod confusa, id est, magis universalia tunc prius nota nobis. Quid probat, quia

O 3

prius

a. o. Met. in fine. b. Ut inquir. Arith. 2. Pof. ix. 27.

c. Dis. 2. q. 2. d. Pro ibs Aver. 6. Met. 4.

e. Vide supr. d. 2. q. 2.

pater primo appellam omnes homines patres, & omnes feminas matres, postea differentes unumquodque: ergo prius cognoscunt partem sub ratione hominis, quia sub ratione huius hominis, hoc est actualiter concepi conceptus prioris, seu communiores. Hoc idem probat Avicen. de eo, quod videtur a remotis, quia prius cognoscitur aliquis sub ratione corporis, quam animalis, & prius sub ratione animalis, quam hominis, & prius hominis quam hujus hominis. Hoc etiam videatur, quia in arguendo, via compositiva est aucto res lucivimus, ergo ita est in intelligibibus simplicibus. Ad primum dico, quod sicut est duplex confusum, scilicet totum universale, & totum effectuale, ita utrumque in suo ordine est primum: sed simplicius primum est illud: quod est primum in ordine confusus cognoscendi, quia processus naturalis ab imperfecto ad perfectum est per medium. Coniuncti autem cognoscere est quasi medium inter ignorare, & diffinire cognoscere, & ideo confusus cognoscere est ante quodcumque distincte intelligere. Et quod dicit de puro, concedo, quod species praetabellit ante singulare, quia dixi, quod species est primum intelligibile: sed ratio non concludit de genere, sed de specie. Pruis enim naturaliter actualiter concipiatur albedo, quam color in ordine cognitionis confusus, quia color sub ratione coloris non cognoscitur, nisi sub majori abstractione, quia si abstrahatur albedo ab haec ab aliis, & illa. Abstractione autem major est difficultas: quia est a minus similibus. Ad Avicen dico, quod quando obiectum non est debite approximatum, non movet ad cognoscendum se sub perfectissima ratione, sed sub alia imperfecta: & tunc intellectus sequens sententiam talis obiecti, oportet quod sit talis obiecti universalis: cuius sensus erat sub ratione singulari: sed quando obiectum est in debita proportione, ut posse movere sensum sub ratione sua propria, & perfecta, tunc intellectus sequens sensum ratione, habet notitiam talis naturae, prius sub ratione specifica confusa, quam sub ratione generis confuse, non quod ratio realis imperfectior, a qua sumitur genus, sit ratio movendi: quando plus distat, & perfectior, a qua sumitur difference, sit ratio moveundi quando minus distat: immo ratio activa efficiens & ratio agendi a distantia: sed forma specifica est imperfectior ratio affinandi a magna distantia, & est ratio perfectior affinandi a distantia proportionata: igitur color nullum sui generis species: non sequitur, sed rautum non sic, sed tunc hoc ab aliis, vel huc migrato. Ad tertium dico, quod utrobique proceditur ab includente ad inclusum, ita in simplicibus sicut in complexis: sed in simplicibus includens est inclusus, in complexis vero includens est principium respectu conclusionis.

Sed tunc quomodo (a) est de specie intelligibili universaliter, & minori universaliter. Dici potest, quod utraque generaliter ab eodem phantasma & alterius nullius, ut virtualiter contentis in inferiori se est generalium specierum intelligibilitas, quia ipsa est intelligibile sic: non species sensibilis & quia nec sic est sensibilis: quia sensus est existens, ut existens. Contra: Per te & Sensus non est singularis, sed natura le suis gaudiis. Item: Si ponatur propria species sensibilis, & proprium phantasma

Quaestio Secunda.

215

phantasma albedinis, & aliud proprium coloris, sed non potest nisi proprium quantitatatis, nec entis, quia hec sub ista indifferentiia excedunt genus sensibilium, nec possunt, ut bujus relucere inphantomatice, & tamen ipsum cum causantur propria species intelligibilis: non igitur a diversi poenitentia, nec ab infimis, ut diffindi, ut virtutaliter existentibus, quia sub illis rationibus non sunt ibi representativa, nec altera quam re presentativa potest.

Quantum ad notitiam habitualiem, sive virtualis, primo expono quid intelligo per terminos. Habitualis notitiam voco, quando obiectum sit eius praesens intellectui in ratione intelligibilis actu, ut intellectus statim posset habere actum elicuum circa illud objectum. Voco virtualis, quando aliquis intelligitur in aliquo, ut pars intellectus primi non autem ut primum intellectum, sive ut totale terminans intellectum: sicut cum intelligitor homo, intellectus animalis in homine ut pars intellectus, non ut intellectum primum, sive totale terminans intellectum. Hoc satis proprio vocatur intellectum, virtualiter, qui est satis proximum intellectu in actu, non enim posset esse actualis intellectum, nisi esset propria intellectus intellectum, quia esset ipsius primi: ut termini totalis. Quantum ad istam notitiam habitualis, sive virtualis, dico, quod communiora sunt prius nota via originis, vel generationis. Quod probatur, quia sicut diversa formae pertinentes idem perfectibile ordinis quodam natu sunt mediatus, & immediatus informare illud, vel perfecte trita si eadem forma continetur in se virtutibus perfectionis illarum formarum ordinatarum, quasi consumilius ordine natura, perhabet illud perfectibile. Sicut si forma corporis substantia, &c. esset alia forma in aliquo per prius informatae substantiae, & deinde forma corporis &c. ita si una forma includat virtualiter omnes illas, prius prius perficit materia in sub ratione substantiae, quia sub ratione corporis, & semper in illa via generationis imperfectius est prius, quia proceditur a potentia ad actum ergo hunc conceptus plures communiores, & minus communes habituales, vel virtuales, nati sunt perficere intellectum via generationis, vel originis, ita quod imperfectior semper prius, ita si unus conceptus virtualiter includat omnes istos, prius perficit sub ratione conceptus particularis, & universalioris, quam sub ratione conceptus particularis, hoc est de ordine originis, sive generationis.

Contra: Quare non similiter (a) in actuali cognitione? Respondeo: hic ordinata secundum naturam, simul duratione: non sic iei, sed successio, & potentias fortius mouet; impedit alia tunc mouere iei, non sic hic. Hoc de ordine originis, sive generationis.

Nunc de ordine perfectiori, distinguo, quod perfectius intelligibile a nobis potest intelligi dupliciter, aut simpliciter, aut secundum proportionem. Exemplum: Vixi. Aquile de Sole est simpliciter perfectior respectu Solis, quam viro nostra, videlicet respectu candelae: & ramum viro nostra perfectior est proportionaliter, hoc est, plus habet ipsa de ratione viro non secundum proportionem ad visibilitem candelae, quam viro Aquila habeat de ratione viro respectu visibilitatis Solis. Ita

O 4

di-

distinctio habetur a Philosopho z. de animalibus, (a) ubi vult, quod licet de immaterialibus habeamus minimam cognitionem, quod est intelligibilis proportionaliter; tamen illa est desiderabilis cognitione magna, que potest haberi de materialibus, quae est magna in comparatione ad illa cognoscibilis. Loquendo ergo de ordine perfectionis simplificetur, ita quod perfectum cognoscibilis a nobis, etiam naturaliter, est Deus: unde in hoc etiam ponit Philosophus facilitatem naturalem zo. b. & post ipsius species specialissima perfectior in universo, & dimidio species proximi illi, & hoc usque ad ultimam speciem: & post omnes species primas, genus proximum abstracto a specie perfectissima, & sic temper reflovento: & ratio omnium ultorum est, quia attingere actualius objectum, est intellectus perfectior simpliciter, quia habet a qualibet perfectione ex parte intellectus cum quantumque alia intellectus, vel non minorem, & habet perfectionem multo majoram ex pars objecti: quia duo, scilicet perfectio potentiae, & perfectio objecti, sunt causa perfectissima cognitionis, sive intellectus. Si loquuntur de notitia perfectore secundum proportionem ad cognoscibilem, dico, quod perfectior sensibilitas, & sensus efficacius moventia, sunt perfectius cognoscibilis secundum proportionem; quia intellectus noster plus attingit ad illa secundum gradus cognoscibilitatis eorum: & si sunt remota ab illis, sunt minus cognoscibilis secundum proportionem sive cognoscibilitatis. De tercia primitate, scilicet adequatione, dicitur in sequenti questione. Ad argumenta huius questionis. Ad prius dico, quod consequentia non valeat, scilicet est prius ens: ergo est prius cognitum a nobis; licet sequatur: igitur est prius cognoscibile quantum est de se: & ita debet intelligi veritas, de qua loquuntur Philosophus z. Metaph. sicut res se habent ad existentiam, illa ad existentiam, pro evidencia rei in se, sive pro intelligibilius rei ex parte sui. Non oportet autem quod res, sicut se habet ad entitatem, sicut se habent ad cognoscendi, nisi intelligatur cognoscibilis ab illo intellectu, qui respicit intelligibilis omnia secundum gradum proprium cognoscibilitatis eorum, qualis non est noster intellectus: sed maxime cognoscibilis sensibilitas. Ad secundum dico, quod consequentia non valeat, nisi in causis praecisis. Quod patet in exemplo. Si etsi est cognoscibilis ex duplice causa per duas potentias, scilicet per sensum, & intellectum habentem demonstracionem, nunquam cognoscitur perfectissima, nisi cogniti principio demonstrationis perfectissima. Non tamen sequitur, ergo nunquam cognoscitur nisi cognoscendi principio demonstrationis. Habet enim aliam causam, quia cognoscendi potest, quia ista non est praecisa causa; tamen per aliam non potest ita perfecte cognoscitur, sicut per istam: quia illa causa, scilicet demonstratio, quia potest cognoscendi ab intellectu, est perfectior causa cognoscitionis sua, quam alia, quia potest cognoscendi per sensum: ita est in proposito. Quilibet creatura praeter causam cognitionis sua, quae est essentia divina, habet aliam causam illius cognitionis, scilicet essentiam propriam, que nata est gignere notitiam sui. Nunquam tamen per motionem suam, ita perfecte cognoscitur res, sicut per essentiam divinam.

Non igitur sequitur, ab effigie ad causam arguendo, si perfectissima, perfectissima: ergo si simpliciter, simpliciter; quia illud, quod perfectissima sumptus potest esse causa praecisa perfectissima in genere: sumptus tamen simpliciter, non est causa praecisa effectus in genere. Ad tertium dico, quod major est vera loquendo de primitate perfectionis: sed non de primitate adequationis. Exemplum: nunquam est visus circa aliquid suo ratione coloris praecise, ita quod non sub ratione hujus, vel illius coloris, puta aliis, vel nigri, nisi illud videatur a renotis, vel impingentes: visus autem aliquius sub ratione coloris praecise, non est perfectissima, sed imperfectissima. Cum dicatur, perfectissima operatio potente est circa prius objectum ejus, verum est, non prius adequatione, sed prius perfectione, quod videlicet est perfectissimum contentorum sub prius objecto adequato, & ideo dicit Philosophus zo. Ethic. quod delectatio perfectissima est in operatione circa optimum omnium eorum, quae sunt sub potentia, hoc est circa optimum contentum sub objecto adequato illius potentiae. Probat igitur ea ratio, quod Deus est prius cognitum, hoc est, perfectissimum; quod concedo, sed non prius adequatum, de quo in sequenti questione.

Quod autem dicit illa opinio recitata, & hoc quantum ad secundam, qualis est indeterminatio negative, & privativa: si intellegat de primitate originis contradicit in primo membro secunda questionis; & cum arguit, quod indeterminatum negative, est magis indeterminatum, quam indeterminatum privativa, nego de indeterminazione ad propulsum loquendo: qualis scilicet est in primo intellectu: quia indeterminatum negative est singulare, & tale non est magis indeterminatum, quam indeterminatum privativa. Indeterminatio autem negativa, scilicet repugnativa ad determinari, est si aliquo modo maior, quam indeterminatio privativa: non tamen tale indeterminatum prius occurrit intellectui, quia tale non est confusum objectum, sed distinctum cognoscibile, sive prius dictum est. Quod arguit etiam in secundo membro, quod notitia rationalis Deus est ultimum cognitum, quia prius cognoscitur illud, a quo sit abstractio, quam abstractum, hoc non est verum, nisi ponendo abstractionem, quemadmodum discursum a notiori ad aliud, ita quod illud, a quo sit abstractio, est primo cognitum, & aliud cognitum per ipsum, & si ita intelligat abstractionem, talis cognitio per abstractionem non est prima cognitio abstracti. Si enim ita cognoscatur Deus per creaturem, oportet aliquem conceptum prahabere de Deo, sed quem discutitur: quia discutitur prae supponit aliquem conceptum de termino, ad quem sit. Vel igitur propositio, quam accipit, est falsa; vel si sit vera, concludit Denom est prius cognitum, antequam cognoscatur rationabiliter, quod forte concedere. Quod etiam addi, quod Deus, ut est prius cognitum a nobis naturaliter, non distinguatur ab aliis: quia non concepit in aliquo, in quo distinguatur a creatura. In hoc videtur contradicere sibi ipsi: prae dictis enim quod est prius cognitum ab intellectu naturaliter, ut est indeterminatum negative, & dicit, quod in hoc conceptu distinguere a creatura, quia iste non convenit creature.